



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

stano Asceterio Festum & Veneratio Reliquiarum melliflui Doctoris S. Bernardi Cisterciensium Fundatoris magnæ cœli Reginæ eximij cultoris, ævi sui alter Moyses & Thaumaturgus, ob frequētia miracula habitus. Demum anno ætatis LXIII. meritis toto orbe illustris, hanc mortalem vitam cum immortali commutavit. *Ex vita eiusdem.*

## XXIV.

**S**ub idem tempus Gladbacii sancti Sande-  
ri primi eius inclitæ familiæ præsidis, qui  
charitate in Deum ferauens, integras sæpe no-  
ctes, fundendis precibus corporeque castigan-  
do insumpsit, totus virtus, totus patientia, &  
*submissio.* Ex Chron. eiusdem loci.

## XXIV.

**I**N Veteri Monte Reductio brachij S. Bartho-  
lomei, Indiæ citerioris Apostoli, qui cum  
Provincias aliquot fanis Idolorum eversis, &  
duodecim Civitates unâ cum Rege Polymio  
Coniugéque ad Christum perduxisset, impio-  
istiis gentis sacrificiorum Zelo incensus Astya-  
ges Polymij Regis Germanus, Apostostolo vivo  
pellèm crudeliter detrahi, caputque abscindi  
curavit. Corpus eius ex Albania Vrbe, in qua-

S passus.

passus fuerat Liparam, inde Beneventum, & Romam, Brachium verò veterem in Montem, trans latum est, inde à bello Cæsarem Carolum Quintum & Wilhelmum Ducem Iuliæ inter exiles, Ser: PHILIPPI WILHELMI, Comitis Palatini Rheni, Iuliæque &c. Ducis clementissimâ voluntate collaborante enixè R. P. Godefrido Otterstet, ad Rhenum inferiorem bis Soc. IESV Præposito Provinciali, hoc tandem anno, ex quo divisum Reverendissimo, prænibili atque eximio Domino Præsuli Ioanni à Blanckenberg restitutum est: ita & postlimiò Sancti Veteres possessiones, sedesque suas, Veteri in Monte repetunt.  
Ex Indice Sacra.

## XXV.

**S**ancti Gregorij ex nobili Palatinorum Comitum stirpe Episcopi Ultraiectini, qui quidquid habebat, volens in pauperum usus concessit, & eosdem testamento ex affe heredes constituit. Quia bonorum laborū glriosus est fructus, reddet mercedem plenam Deus, cuius honorē pia illa liberalitas potissimum spectavit. Ex Ann.

## XXVI.

**E**odem die in Veteri Monte venerabilis Bermonis, primi eiusdem loci & genij suavissimi